



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

I. Vt praebendae quaelibet non recipiant sectiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1163.

nos autem, Domino miserante, soluemus, qui confitemur nos non artificio ciuili, sed re ipsa interueniente naturaliter obligatos. Vtinam, bone Iesu, detur & mihi tecum pro spiritualibus tuis temporalia mea commutare ! Vtinam sanguinem meum tibi pro tuo recipere placeat in solutum ! Vel quia crediti & debiti sanguinis, scilicet tui & mei, inuicem æstimatio non concurrat, saltem benignissima acceptilatione liberatus absoluar, qua scilicet consueuisti iustitiam accepto ferre sine operibus, & præmia sine meritis, pro gratia scilicet bonæ actionis gratiam retributionis inferre.

TITVLI
CANONVM CONCILII
TVRONENSIS.

- | | |
|---|--|
| I. <i>Vt prebende qualibet non recipiant sectiones.</i> | VI. <i>Vt clerici auaritiam fugiant.</i> |
| II. <i>Clericis usura prohibentur.</i> | VII. <i>Vt decani vel archipresbyteri ad causas ecclesiasticas terminandas ab episcopis non constituentur.</i> |
| III. <i>Vt laici ecclesiastica non usurpent.</i> | VIII. <i>Vt religiosi secularia studia vitent.</i> |
| IV. <i>Vt cuncti Albigensum hereticorum consortium fugiant.</i> | IX. <i>Inualidas esse hereticorum ordinationes.</i> |
| V. <i>Vt sacerdotes annuo precio ad regendas ecclesias non conducantur.</i> | |

PRÆFATIO.

ANNO igitur incarnationis dominicæ MCLXIII. indictione vndecima, anno quarto sui pontificatus, quarto Kalendas Iunii, sæpe dictus Alexander papa in ecclesia sancti * Mauriti Turonis Concilium celebrauit, in quo interfuerunt secum cardinales numero 17. episcopi 124. abbates 414. & aliorum, tam clericorum, quam laicorum maxima multitudo. In quo nimirum apostolica constituta sunt roborata, & hæc noua promulgata capitula.

CANONES.

I.

Maioribus ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis * videtur, vt * mi-
Concil. Tom. 27. Zz ij

* esse videtur, * iuniorum

nones clericorum præbendæ recipiant sectiones. ^{Assis}
Idcirco vt in magnis, ita quoque in minimis suis ^{Carum}
membris * firmam habeant ecclesiæ vnitatem: di- ^{derit in}
uisionem præbendarum aut dignitatum permuta- ^{Facere}
tionem fieri prohibemus. ^{colica}

I I.

Plures clericorum (quod mœrentes dicimus)
eorum quoque qui prius * secundum professione, ^{facili}
votis & habitu reliquerunt, dum communes vsu-
ras quasi manifestius damnatas exhorrent, com-
modata pecunia indigentibus, possessionem eo-
rum in pignus * accipiunt, vltra sortem. ^{& pro-}
Idcirco generalis Concilii decernit auctoritas, vt nullus ^{ueniam}
amodo constitutus in clero, vel hoc vel aliud vsuræ ^{fructus}
genus exercere præsumat. Et si quis hactenus pos-
sessionem alicuius data pecunia sub hac spe in pi-
gnus acceperit, si sortem suam, deductis expensis de
fructibus iam recepit, absolute * restituat debitori. ^{pro-}
Sin autem aliquod * munus habet, eo recepto, pos- ^{sum}
sessio libera ad dominum reuertatur. Quod si post
huiusmodi constituta in clero quisquam extiterit,
qui detestandis vsurarum lucris insistat, ecclesiasti-
ci officii periculum patiatur, nisi forte beneficium
ecclesiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo
de manu laica videatur.

I I I.

Quamuis graue nimis & diuini dignum anim-
aduersione iudicii habeatur, quod laici quidam
quod sacerdotum est vsurpant in ecclesiasticis re-
bus, maiorem id formidinem inquit ac dolorem,
quod fomitem sui erroris, * qui ipso Deo auctore, ^{in ip-}
^{clero de-}